



Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,
Nunquam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

Ecloga II. Qvirinalivm. De bucula formosa, quam voto promissam, &
biennio retentam lupi discerperunt die S. Qvirini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

Quae bene formosaque sic adoleuit,
 Vt nec in armento fuerit similis sibi toto;
 Sanctis inuidit dominus gregis, hoc vbi vidit;
 Hanc tolli iussit, meliorandis quoque iunxit
 Armentis reliquis, lucris persuasus iniquis:
 His vna dum nocte fuisset iuncta, repente
 Mortua sunt iumenta sequenti luce reperta,
 Vt quod speraret nil prater eam remaneret:
 Redditur extortis tunc demum bucula votis;
 Hanc Melibœe sacris fero vix, ita fortis & acris.
 Me trahit ipsa magis, cur non peruertere?
 Vix teneo captam, nec enim sibi vincula remittam.
 Nocte mane tamen hac, clausum stabula pecus illac.
 Canabis mecum, tua ferto viatica tecum.

Melibœus,
 Tityrus,
 Melibœus,

ECLOGA II. QVIRINALIVM.

De bucula formosa, quam voto promissam, & biennio
 retentam lupi discerpserunt die S. QVIRINI.

Corydon est voci debitor, de quo loquitur auctor.

DVm mouisse pedes sacras vult pastor ad ades,
 Cuius armenti Corydon à clade recenti,
 Quo successus ei bonus & fuga perniciosi
 Esset, pestifera subeat si morbus ab aura,
 Vouerat electam forma præstante iuuentam,
 Qua cornu penas dabat & pede sparsit arenas,
 Delicia pecoris totius opima decoris,
 Hec voci aptata viget campis spaciata,
 Et capie incrementa sui per pascua lata:

V 2

Rusticus

Rusticus ut cernebat eam, quia proficiebat,
 Dono quod vouit pecudem fallendo remouit,
 Perfidus atq; tenax tantillo munere mendax,
 Quæ dum pascebat sub frondibus, hic ueniebat,
 Et secum tacita sic mente reuoluerat ista:
 Heu mea præpollens ô bucula, cur ego tollens
 Te mihimet cuiquam fatuus te largiar unquam?
 Inuideam ne mei pecoris te progeniei?
 Non ita stultus ego tam pulchra stirpe carebo.
 Non datur hoc munus, solus manet ipsemet vnus,
 Qui non sic vlli cupiat sicut sibi soli.
 Hæc ait: & voti cadit omnis cura remoti,
 Spes quoq; diuinæ fidei, tibi prompta QVIRINE:
 Hinc absiſtebat, nec quid speraret habebat,
 Assiduè mentem relegens diuersa tuentem;
 Reddere vota volebat, & hoc iidem renuebat,
 Cordis inops, mæstus, super ereptos sibi quæstus,
 Si munus soluisset ei qui cuncta dedisset.
 Ah Corydon Corydon quæ te dementia cepit?
 Ah voti fallax, quæ te verecundia cepit?
 Munificus parere vales, nulloq; carere?
 Sit promittendo satis actum, non tribuendo,
 Si quibus arte datæ fidei quid restat apud te.
 Sin aliter scires, aliter tractanda Dei res.
 Rusticus hic, quid nosset enim, quid noscere posset?
 Rusticus est Corydon, nec munera prouidet aræ.
 Rusticus est qui non votum studet accelerare,
 Is dum cunctatur dare bis* annum replicatur;
 Quæ retinebatur species bouis amplificatur,
 Os tornum, tauri caput, & pilus hirtior auri,
 Et latus immensum longè, paleareq; tensum,
 Cornua gessit obunca, sub his ingentia cuncta,

Incedens

HENRICH
 S J J
 COME
 S I V
 24

Incedens panda transit vestigia cauda,
 Pro cuius forma iuris decedere norma
 Sponsor persuasus, duros adigit sibi casus.
 Martyris instabat nox quae caelos penetrabat:
 iam clara surgente die, grege prata petente,
 Bis gemini venere lupi, pecus in silvæ,
 Voto debentem reddi, medio gradientem,
 Armento rapuere, minutatim secuere,
 Non contingentes hanc vltra sed fugientes:
 Nec nocuere gregem reliquum quo noscere legem
 Vindictæ caelestis eis posses documentis.
 Inde fides adolesuit, ob id reuerentia crevit
 Alme QVIRINE tibi, valuit correptio plebi.
 Vota reus perfert, quæ raro quis bene differt,
 Emendatq; moræ culpam subeunte pudore.

ECLOGA III. QVIRINALIVM.

De boue, quem quidam vouit, alter furto ablatum, nul-
 litenus valens iungere, & vsui habere, pretio rede-
 mit, quod sponsor in votum obtulit. Bos dum arctius
 stringitur, emptore vulnerato, se loris excussit, & ad
 B. QVIRINVM decurrit, quem insecutor non prius,
 quam ante templum Martyris assequi potuit.

Damœta est emptor, vel insecutor bouis; Menalca, qui
 vouerat, cuius seruus, vel procurator
 pecoris Egon.

DIC mihi Damœta, cuium pecus hac tibi meta
 Venerit? Egonis? Non id mihi vendidit Egon.
 Infelix animal bos, argenti dedit albos,

Menalca.

Damœta.
Menalca.

V 3

Ut re-